

## DE VERBIS VENERABILIS ANSELMI.

(Tradidit Marten. *Ampl. Collect.*, t. VI, p. 987, ex ms. codice reginæ Suecicæ.)

Venerabilis Pater Anselmus, dum adhuc esset abbas Becci, quadam die dum nimium mente meditabatur, et nimium cogitando quasi cogitationibus suis perturbabatur. Cui dixit quidam monachus ejus qui forte præsens alerat : « Domine Pater, pro Deo rogo, dicte quid cogitatis, quia video vos cogitationibus vestris turbari. — Dicam, inquit. Ecce hoc cogitaham, si esset aliquis homo dives qui haberet gremium ovium, et vocaret puerum tam debilem et parvum ut lupus veniens facilius tam illum quam ovem aliquam asportaret, et illi oves suas commendaret custodiendas, ita tamen ut si quamlibet ex eis perderet, anima hujus pro anima illius iret, non valde timere deberet? Si autem uni cuiilibet ipsarum ovium et forsitan instriori et stolidiori cæteras committeret dicens : Ovis, habeto curam istarum ovium, et seito quia si perdidiseris aliquam earum, sanguinem ejus de manu tua requiram, et erit anima tua pro anima ejus, nunquid non timere deberet ovis illa? Quam securitatem habere posset? Ita est de me. Ego, inquit, ego sum puer parvus, ego infirma ovis et debilis, ego facilis ad rapiendum quasi quilibet aliis, cui Deus eredit didicit curam ovium suarum ut eas regam, custodianam, pascam, eo pacto ut si negligentia mea aliqua ex eis perierit, erit anima mea pro anima ejus, et sanguinem ejus de manu mea requiret Deus. Ideo timeo, ideo conturbor, quia scio horrendum esse in manus Dei viventis incidere. » Et

A frater propitius ait : « Domine, sit vobis Deus, quare talia cogitatis et dicitis? Nullus hoc cogitat quod cogitatis, ecce alii abbates gaudent et laeti existunt. » Respondit : « Fortassis Deus dedit illis securitatem, ideo jocundantur et hilarescant; mihi autem non dedit, idcirco jure timeo, quia scio illum pecuniam suam exigere cum usuris ab iis quibus eam commisit. »

### DICTA ANSELMI.

*Judicium regale est judicium sponte quæsitum, monachi judicium imperatum. Abstinencia ejuslibet sæcularis potenter ex propria venit voluntate. Abstinentia monachi ex prælati pendet arbitrio. Tristitia regis vel ejuslibet potenter est superba. Tristitia monachi suavis est et compunctione plena. Tria sunt quæ hominem faciunt honeste vivere inter homines : verecundia, silentium, modestia.*

B Quidam monachus Becci petebatur ad episcopatum Ecclesiæ Belvacensis, cumque S. Anselmus abbas huic electioni assensum præbere nollet, et monachum suum potenteribus non concederet, dixerunt petidores : « Domine, nos eligimus eum, non ipse se ingerit, quare non vultis concedere quod petimus? — Si, inquit, ipse Deus me eligeret, adhuc timerem, quia ipse per prophetam elegit Saulem, et per semetipsum Judam traditorem, qui ambo reprobat sunt.

## 309-310 QUÆDAM DICTA UTILIA

### COLLECTA

#### EX DICTIS S. ANSELMI CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI (7).

(Ex bibliotheca Vaticana.)

O homo, qui ex anima rationali et humana carne subsistis, conditionis miseræ, repletus multis miseriis, miser et miserabilis; homo pauper, cæcus,

nudus, plurimis necessitatibus subditus, ad eor tuum reverttere. Quid foris vagaris? Quid foris quæris? Quid in carnalibus studes? Quid in sæcularibus te

### NOTÆ.

(7) Le dernier éditeur de S. Anselme a publié dans l'appendice (p. 545-547), un petit recueil de quelques sentences tirées de ses écrits, et intitulées *Quædam dicta utilia*, etc. C'est, suivant toute apparence, le même recueil qui, dans un manuscrit de Thomas Digbey (Bib. Angl. ms. par. 1, n. 1759), porte pour titre *Sententiae Anselmi*. Il est marqué dans ce qu'on en a imprimé que ce fut un copiste qui le recueillit des discours qu'Anselme faisait de vive voix. Ce copiste au reste pourrait fort bien être

D Alexandre, d'abord moine du Bec, puis de Cantorbéry, à qui Wion et Possevin attribuent un semblable recueil. Après tout, la dernière partie de ce qu'on en trouve dans l'appendice n'est autre chose mot pour mot que la dernière des homélies de saint Anselme sur un endroit de l'Epître aux Hébreux, de sorte qu'on pourrait réunir ce petit recueil aux ouvrages sincères de notre saint, puisqu'il ne contient que ses propres paroles.